20 K. R. 606-
Vg 16

AD LECTOREM.

Consuetudo quidem præscribit legibus, atque
Si fuerit constans, inueterata iuuat.
Sæpe tamen multi specie fallantur honesti,
Hinc sibi dum stultè cuncta licere putant.
Introducta quidem non pauca fuisse fatebor,
Quæ mala sunt, verum sub pietate latent.
Quæ modo magnorum sunt fons et causa malorum,
In mala dum cunctos degenerasse liquet.
Si cupis ergo loqui de consuetudine rectè,
Noueris esse bonam, noueris esse malam.
Qui sapis, hanc fugias, illam complectitor, atque
Ne tibi peccati causa sit illa caue.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

51. 1519

X neque sine Decani et Capituli praevio praescitu et assensu Ecclesiam meam dimittam, aut nisi ad manus praecidorum respec. DD. Collatorum meorum resignabo. Sic me Deus =

Formula Juramenti à neo-Vicecuratis
juxta veterem consuetudinem in admissione subscribenda.

Quandoquidem Adm. Rdi et generosi Dni Decanus et Capitulares Collegiatæ Ecclesiæ ad SS. Martyres Chrysanthum et Dariam Monasterii Lifflie mihi infra-scripto ad Præsentationem Adm. Rdi Dni N. quà Jurnatii Vicecuratoriam in N. per obitum R. d. N. vacantem gratiosè conferre dignati sunt, idcirco ego juro et promitto, quòd ab hâc horâ et quamdiu hanc Vicecuratoriam administrabo, sim futurus fidelis benè memoratis meis dominis et patronis, Decano et Capitulo; et Ecclesiæ meæ omnia jura, redditus, registra, ornamenta, libros, et quæcunque ad dictam meam Ecclesiam spectantia fidelitèr conservabo et conservari faciam; quantum de jure tenear et possum, inventa non alienabo, deperdita pro virili recuperabo; tum eâdem competentiâ, redditibus et proventibus, pro ut habuerunt, et recuperunt Prædecessores mei, semper ero contentus, et non plus petam, nec DD: Decanum et Capitulum pro pluri molestabo in judicio vel extrà, nec unquam admittam aut consentiam, ut Ven. Capitulum in suis proventibus, redditibus, decimis seu bonis in parochiâ meâ sitis, ullo modo di- vel indirectè lædatur, seu damnum patiatur, aut invitis meis dominis patronis pro augmento competentiæ meæ ex iisdem redditibus aut decimis quidquam detrahatur, et mihi applicetur sub quocunque demum titulo illud expropriari possit. ✠ Sic me Deus adjuvet, et hæc Sancta Dei Evangelia per me corporaliter tacta etc. etc. Ità autem et per me subscriptum Monasterii Lifflie in Capitulo N. N. anno N. N.

Permutationis Viâ Vacantem Pastoratum
in Rheinbach, tibi D. R. Dno Wilhelmo,
quantum ad nos Spectat, hisce in nomine
Dni conferimus, tegq; per Stolæ et
Bireti impositionem, ac eiusdem pan. secularis
ad eaes pos-
sessionem, reditumq; annexorum
perceptionem, atq; quà membrum
huius Collegii admittimus; quo ad
Cætera V. ad quos Spectat, te in Dominum
dimittendes.
in Nom. P. et F. et Sp. St. Amen